

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prudencia siue prouidencia t
cum fontibus primis

Quicquid a sapiente diligenter
preuidetur, cum ad rem agendam
peruentum fuerit, facilius superatur
atque decernitur.

[locus nondum inuentus]

Melius enim est ante tempus occurrere
quam
post uulnus datum remedium querere.

Ceterum ad pacem Anglie reformandam,
ad quam fideliter laborasti, te necessitas
ista provocet, sed et regem ac suos
excitet, moveat, adversarios omnes
pulset, ut suarum iniuriarum immemores
Redemptoris iniurias prosequantur, cum
sit melius ante tempus occurrere
quam
tardatum remedium querere post ruinam.

Clemens IV., Epistola 277 (edition
forthcoming in MGH).

Nam serum est cauendi tempus in
medio malorum.

Th. Serum est cauendi tempus in
mediis malis.

Seneca de moribus.

Lucius Annaeus Seneca, *Thyestes* (O.
Zwierlein ed., p.312, l.487).